

aliorum sequacium si distinguuntur: In primis nefas & simoniacum esse in Monasteriis etiam inopia laborantibus pacisci pecuniam contributionem pro ipsa in religionem admissione, idque Divino, & non tantum Ecclesiastico jure variari; cum Religio ipsa sit spirituialis & sacra, & simonia jure naturali prohibita omnis illa sit, quae rem sacram pecuniam contributione ex pacto compensat. Eaque de causa canon iste Lateranensis 64. omnes illas damnat Moniales, quae sua paupertatis praetextu, aliquas in foros pretio recipiebant. Ubi vero pactio pecuniaris praeceps ac feorim a Monastica admissione, circa solas temporales monasterii expensas & alimenta praestanda versatur, ita praterea distinguuntur: Vel Monasterio bona temporalia ita suppetunt, ut his expensis & alimentis commode sufficiant, & isto casu pactiones pro his iuntas affirmant esse simonicas, jureque divino adverantes: Vel Monasterium ita indiget, ut non valeat expensas illas atque alimenta praestare, nisi persona postulans pro his temporalibus ea, quae sunt necessaria, suppeditet, atque isto casu nullam existere contra naturalem seu divinam legem simoni, licetumque esse ita stipulari respectu Monasteriorum indigentium, nullatenus vero a divitibus Monasterii. Quod si Monasterium quantumlibet inops ad subveniendum propriis necessitatibus, aliquam admittat, quam minime sit idonea, sed tamen bene donata; hoc ipso convincitur hanc admissionem minime concedi personam nullatenus admittendam, sed solis quas affer opibus, atque ita esse veniale.

4. Objicit alius hoc esse supervacaneum discrimen, alimenta a Monasterio praestanda cum sint mere temporalia, posse pecunia conventione compensari ab ipsis etiam divitibus Monasterii. Quandoquidem Monasteriorum opulentia rerum naturam non innutat, & in hac pactione perquaque in his atque in egenis Monasteriis res temporalis alia re temporali commutatur: cum tamen simonia conceptus ac definitio includat necessario aliud spirituale. Ad hanc respondeo, tametsi temporales Monasteriorum facultates seorsim spectant, sint temporales; esse tamen jus spirituale Religioso acquisitum, ut particeps de facultatibus Monasterii in his, quae ad viatum sibi a Religioso praestandum attinent. Si ergo Monasterium temporales opes possident sufficentes admittendam Religioso, ad praestanda ei omnia vita subdia, pro his tamen praestans paciscatur pecuniam, vendit ei pretio temporalis jus illud, quo tenetur ipsum Monasterium opibus temporalibus, quas possidet, Religioso subvenire in omnibus ad viatum necessariis. At e diverso carens his temporalibus Monasterium, non censetur vendere Religioso illa, quibus caret; neque enim ea suppeditare tenetur, quae non habet, atque ita non vendit per interventionem de re temporali stipulationem jus, quod materia defecit nullum & prorsus inane est; atque in hisce monasteriorum temporalibus bonis inest per ratio, quae in beneficiorum temporalibus, Utique enim temporalia tam monasteriorum, quam probendarum, sunt spiritualibus induviles conjuncta; & quemadmodum non potest in beneficio conferendo, aut per resignationem in aliis quempiam transferendo, vendi citra simoniam jus illud utendi, fruendi benefici temporalibus fructibus & preventibus, ob infelicitatem nexum & insolubilem cum eo, quod est in beneficio spirituale, adeo ut qui tempore beneficium vendere vel emere pretendit, alterum nimis spirituale non relinquat inventum, ut decernitur c. si quis objicit: t. q. 3. eadem pariter vigeret ratio in temporalibus monasteriis oib; quae Religionis communibus simul & particularibus commodis definita sunt, & firmo nexus cum spiritualibus Religionis bonis coherent. Enim vero in Religionem ac Monasterium aliquis persona assumptio nihil est aliud, quam admisso ad monasterii spiritualia simul & temporalia bona. Cum igitur inter religiosas ac monasticas vita communia bona recendum sit jus Monachis aut Monialibus competens, ut de communibus bonis alantur, hoc ipsum jus plane spirituale existit, ideoque non potest conventione pecunaria cum admittenda persona vendi aut redimi. Secus est in tenuibus Monasteriis, que cum bonis careant, quibus recens admittenda ali possit, hec quae nullatenus existunt bona, nullatenus sacra aut spiritualia denominari possunt, immo ne quidem bona, quia secundum Philosophum non entis nulla sunt qualitates; ideoque huius temporalis rei pactioni subtractur res spirituales, proindeque omnis amovet simonia, supponendo admissionem ad Religionem, esse plane sinecere gratitatem, nullumque a dote habere motivum; nisi, ut admonui, admitteretur persona hoc solo motivo, quia illius dote adjuvabit Monasterium, etiamsi ea, quae postular admissionem, agnoscetur vitiosa, improba, & pravae indolis. Sic enim non personae, sed solius dotis habetur ratio.

5. Objectio porro de pactis totalibus nihil obstat. Quandoquidem pacta illa nuptialia nullatenus ad matrimonium pertinent ut est Sacramentum, sed ut civiliis contractus & societas omnibus gentibus etiam inidelibus communis. Ipsiisque doles & connubiales conventiones erant in communione matrimoniorum usu, antequam Christi religio matrimonia fidelium elevasset ad Sacramenti dignitatem; quae sane posterior & accessoria est ad civiliem contractum, sicut conformatio posterior est, & accessoria Calici, nec impedit licitam ejusdem conformatio Calicis pecuniarum venditionem.

6. Praefatas vero ab inopibus Monasteriis pro alimentis conventiones, modo nihil influant in postulantis persona religiosam admissionem, que mere gratuita sit, fieri licite posse, tria illa in Ecclesiæ calo prima magnitudinis sydera Thomas, Bonaventura, & qui ambo atate praecessit, Raimundus, posteriores tamen hac Synodo Lateranensi, cuius etiam hoc ipsum decretum allegant. Tres illi sanctitatis & publica totius Ecclesiæ veneratione conspicui, eratione eminentissimi, & professione Religiosi, quorum maxime perpicua testimonia iisdem iporum verbis hic subjiciuntur.

7. Occurrit animo in primis S. Thomas, qui non semel, sed diversis locis hanc tradit doctrinam: sic enim loquitur in 4. dist. 25. qu. 2. art. 2. ad 7. Dicendum, quod cum pactiones aliquis loci Religiosi non sufficiunt ad sufficiendum plures, tunc potest exigiri ab eo, qui in loco illo vult servire Deo, non quasi pretium Religiosi, sed ut habeat Monasterium, unde ei possit praedicare, & ideo non committitur simonia. Idemque in summa Theologica 2. qu. 100. a. 3. totus est in hac distinctione dati & accepti pro pretio rei spirituale, que est Religio; & dati & accepti pro alimonia, que res est temporalis, atque istud quidem nullam involvete simoniam probat argumento duoto ex 1. Cor. 9. Quis militis suis stipendiis unquam? Quis pascit gregem & de latte illius non manducat? Secundo, ex stipendiis Clericorum ad sacra obeunda ministeria, ad psallendum in Choto, ad Misericordiam onera, seu pro vivis seu pro defunctis, ad assistendum processionibus. Deinde ad 4. argumentum quod ibi ipso objecterat de Monasteriis, in quibus aliquid a personis, quas recipiunt, exigitur, his respondet verbis: Dicendum quod pro ingressu Monasterii non licet aliquid exigere vel accipere quasi pretium: adeo licet ramen, si Monasterium sit adeo tenui, quod non sufficiat ad eas personas nurriendas; gratis quidem ingressum Monasterii exhibeat, sed potest accipere aliquid pro viatu persona, que in Monasterio fuit recipienda, si ad hoc non sufficiunt Monasterii opes. Hec utique ultima verba omnem precludunt evasionem eorum, qui verba S. Thomas restringenda prelumentur aperte oblate: quodammodo in confessu est apud omnes licere sponte oblatam accipere, etiam si sufficiunt Monasterii opes, at Doctor Angelicus ut conditionem requirit, tempe limitat interventionem Simonia, dicens: Si ad hoc non sufficiunt Monasterii opes. Nunquam enim sponte & liberaliter oblatam, sed ipsa pecunaria stipulations simoniam constituant: ut evidenter definitur c. eti quæstiones, de simonie.

7. Sanctus item Bonaventura non posset dilucidum hanc suam proferre doctrinam. In Libello enim Apologeticō adversus obrectatores Religionis Fratrum Minorum, qui habetur in tom. I. Opiculorum ejus, proponit qu. 18. hanc illorum objectionem: Cura ergo fratris informatores earum, (loquuntur ibi de Monialibus Sancte Clare) quare permittitis, quod plures apud eas impure, id est per pecuniam recipiantur, quia si nihil secum ferrent, nullatenus recipierentur, & aperte simonia videbantur? Responsum, si illud alii facint, de hoc non a nobis sed ab illis est ratio exigenda. Sed tamen ut satisfacimus querentibus, sciendum quod quantum spectat ad hunc materiam, quadruplicem est forma recipiendi in Ordinem quademcunque. Prima, quando aliquis recipitur nec pro pecunia, nec cum pecunia, sed pure pro Deo; & iste est purissima coram Deo & hominibus. Secunda, quando aliquis recipitur non pro pecunia, sed cum pecunia, ita ut si nihil afferret, tamen recipieret pro Deo; & similiter hoc parum est coram Deo, sed tanto agendum est coram hominibus, ne detur eis occasio scandali, & ne sit ibi affectus avaritiae infectus ex spe lucri. Tertia, quando qui recipitur non pro pecunia, nec tamen recipiertur sine pecunia, eo quod non habent alter ei, qui cum recipiunt, in necessitatibus corporis providere; cum tenues facultates domus viri sufficiant jam recipi, nec ad eas audeant plures recipere; & istos suis necessitatibus spoliare: ita quod talis persona, que sic recipitur, se abundaret locis, sine pecunia recipieretur. Similiter aliquis duxit uxorem propter divitias & nobilitatem ejus que habet nam, nec tamen propter hoc duxit eam quia natus habet, quam tamen si natus esset, nullatenus duxisset. Et hoc non est impurum, licet non appareat for-

stan pulcrum. Quarta, cum aliquis recipitur amore pecunie, ita quod si possent pecuniam illam habere sine persona, non recuperent personam, sed ut habeant pecuniam, personam recipient: & hoc penitus impurum est & simoniacum, quia ibi pecunia causa est receptionis personae, & non e converso. Ubi ergo recipitur persona propter pecuniam, simonia est, quia ibi venditur spirituale, id est consoritum spirituale societatis pro temporali scilicet pecunia. Et hoc plerique faciunt etiam ex mera inopia, optantes aliquem venire cum opibus, quem recuperent, ut eorum inopia reparetur, vel debita contraria solveneretur, vel bona concupita emerentur, vel adiusta construerentur; de talibus dicit Ecclesiasticus c. 27. Proprii inopiam multi deliquerunt. Ubi vero pecunia recipitur propter personam, quam alias libenter recuperent, si haberent unde eam pauciter, non videtur esse simonia, dummodo forma cum intentione concordet. Et hoc modo sustinetur, quod sorores Sancte Clara recipiunt pecuniam cum personis, si quando oporteat eas plures personas recipere, quam de facultatibus Monasterii congrue valeant sustentari. Doctor ergo Seraphicus negat esse simoniacum, si Monasterium carens sufficiens facultatibus ad viatum & sustentationem postulantis, recusat illum admittere, nisi augmentum temporale pro suo viatu conferat in monasterium; sed si conferat, tunc postulans admittatur, dum duo ita qua sola exprimit, simul concurrat. Primum, ut Monasterium sit inops ac insufficientis ad viatum postulanti suppeditandum. Secundo, ut persona duntaxat propter Deum admittatur, & non propter eam quam defert pecuniam: adeo ut si Monasterii facultates ejus quoque viatu sufficient, nec persona postulans quidquam secum afferret, nihil tamen minus in Monasterium recuperetur. Primam conditionem illam notent Monasteria, quibus facultates ad viatum novæ postulantis suppetunt, quam tamen nisi sub promissione pecunia admittere nolunt.

8. His pariter adstipulatur Sanctus Raimundus Canonistarum Coripheus, a quo etiam Decretalium volumen Gregorio nono Papa jubente habemus. Hic lib. I. Summe sub cap. I. §. 22. ita effatur: Si Monasterium effet adeo tenui, vel pauperitate depressum, quod redditus vel vivi, vel non sufficientis personis presentibus; non solum intentionem posset habere, sed etiam credo, quod posset dicere, non sufficienti nobis, liberetur suscipiens re ad spirituitalia, ad temporalia non possumus nisi habeamus plures pactiones; & tunc ille offerat se & sua. Quod autem dicitur in constitutione (nimis supra dicti Lateranensis Concilii) codem capit. quoniam, vers. Paupertatis pactione, de Simonia, intelligitur cum hoc dicebant in fraudem. Hacenus est Raimundus.

9. Eadem docet Glossa in d. c. quoniam: Posset dici (inquit) quod si ita pauperes sunt, quod non possunt ibi alias aliquo modo aliquem recipere, quia non haberent ibi viatum; possunt sub hac formarere: Non habemus, quid demus ibi pro viatu, nisi tu portes tecum unde vivas. Dum tamen hoc non dicatur in fraudem.

10. His Doctoribus antiquior Petrus Cantor Parisiensis Doctor, qui duodecimo facculo floruit, sic loquitur in tractatu de Verbo abbreviato c. 38. Si Monasterium adeo inops est, ut non possit recipere aut nutritre sine pecunia contributione illum, qui se offert ad religionem, poterit huic concedere confraternitatem spiritualem, non autem corporalem: vel etiam habito respectu ad dominum inopiam, & ad necessarias pro aliis ipsius postulantis expensas, exigere ab illo ut sub ea conditione admittatur, quod suppeditabit Monasterio redditus temporales ad subsistendum & alimoniam vite sue. Scriptis & obiit hic Auctor ante ortum Ordinum Mendicantium, & ante ipsum Lateranensem sub Innocentio Concilium.

11. Refertur a Dionysio Carthusiano lib. 2. de Simonia, responsum consultarum Facultatibus Parisiensis, quod in hac verba desinit: Dicimus uteius, quod ubi Monasterium est ita tenui, quod femina que recipi petit, non posset de bonis ipsis Monasterii sustentari sine pecunia, oblatis gratis spirituitalibus, & receptione persona libere facta ad spirituitalia; si persona illa sic recepta habeat bona temporalia, de quibus iuxta confuetudinem regionis potest disponere, & ea Monasterio conferre, tunc potest ab ea liquid peti solum pro necessitate sui viatu sine fraude, ut habeat Monasterium unde ipsi providere possit: & hoc non intelligendo de exactione coactoriis, quod ejiciatur si non dederit. Status porro temina illius in Monasterium recepta, ut ex prefato responso colligitur, talis erat quod fuerat in Monasterium recepta, & in probatione constituta sub habitu regulari, sed nondum professionis vota ediderat, pot quae non licet Regulari quidquam temporale possidere, vel dare. Post tanti nominis & meriti Doctores supervacaneum est aliorum testimonia perquirere.

Cabassutii, Notitia Ecclesiastica.

## ALIA QUÆDAM HUJUSCE

Concilii acta.

1. Nec tantum Concilio isto stabilita est per sanctissimos Canones Ecclesiasticae disciplina, sed alia quoque permulta ingentis momenti peracta sunt. Indicata est enim sacra universo Christiano orbe adversus Saracenos pro recuperando Ierosolymitan regno militia, Pontificis Innocentii diplomata, quod ad calcem Canonicum affluit.

2. Pratera cum anno precedente, qui fecit Christi 1214. celebre fuisse habitum in Montpelieri urbe Concilium ad Innocentio indicum, occasione Albigensum, cui praecederat Apostolicus Legatus Petrus Beneventanus Cardinalis, & confederant præter alios Episcopos quinque Metropolitani, Narbonensis, Auxitanus, Ebrounenensis, Aquensis, & Arelatensis, ditio Raimundi Comitis Tolosani hereticorum Albigensum decisum precatio concessa fuerat Simoni Comiti Montisfortii, a quo debellati fuerant Albigenes, inseguuntur istud generale in Laterano Concilium eadem trans annem Rhodanum terras eidem Montisfortio Comiti in perpetuum tradidit Tolosam, Montem Albanum, reliquamque omnem directionem, quam Monsfortius Crucis signatorum dux suis armis Raimundo eriperat. Uxor vero ejusdem Raimundi & Aragonum quondam Regis forori, quae in Catholicâ fide constans persistebat, neque viri aut fratribus consiliis unquam adhaerat, honorem haberi voluit, ejusque jura omnia cum dote servat. Eas vero terras quas Raimundus in Provincia posederat, ad quas bellum Albigense nullatenus pervenerat, Apostolica Sedis precaria possestionis & tutela reservata sunt, ut de eis fieret provisio supplicii filio Raimundi Tolosani five in parte, five in toto, si tamen per certa fidelitatem & bona conversionis indicia se misericordia dignum posthac exhiberet. Hoc habentur in decreto Innocentii Papæ, quod Dacherius sui Spicilegii tomo 7. inseruit: & narrant in Albigensum historia, quam Petrus Valitsarenensis Monachus illis ipse temporibus vivens, atque in multis oculatus rerum gestarum testis accurate edidit.

3. De rebus patiter Imperii actum est, quod Friderico assertum est, repugnante nequicquam Othoni, ut ex manuscripto Richardi de S. Germano Chronico edidit Odoricus Rainaldus.

4. Hic quoque excommunicati Anglicani proceres, eorumque fautores, qui Joannem Anglia Regem regno deturbare moliebantur. Hic vero Joannes factus ex Regge dirissimus tyrannus, omnibus viatis mancipatus, in omnem effusus libidinem, subdolorumque populum prado & carnifex, omnes ad rebellandum contra seipsum concitaverat, ipse Innocentius Pontificis erat invitus; sed rebus suis desperatus, ut saltum induciis Crucis signatorum Principium potiretur, tutelamque Apostolicam fieri accerferet, Christiana militia adversus Saracenos indicata nomen dedit, suumque regnum, in clientelam cum anni tributi penitentiae Apostolica Sedi subiectum. Ea vero ex causa Innocentii Pontificis demeritus est, qui non solum Anglos perduelles, sed etiam Ludovicum Philippi Francie Regis filium, qui ab Anglis invocatus Joannem bello infectabatur, sacris omnibus & fideliis communione submovit.

5. In hac etiam sacra Synodo Innocentius Crucigerorum veterem Ordinem feri abolitum instauravit, & privilegiis auxit, quibus postea Innocentius Papam IV. in Concilio Lugdunensi novam regulam praescripti, & Religiosi Ordinis præcepit, ut Crucem semper & ubique in manu perferant: ut fidem faciunt Philippus Bergomas supplementi Chronicorum lib. 13. ad ann. 1215. Sabellicus Enneade 9. lib. 6. & Silvester Marulus in hist.

6. Interfuerunt huic Concilio S. Dominicum, & approbase Innocentium Pontificem consilium ejus predicatorum Ordinis instituendi, narrat in ejus vita Theodorus lib. I. cap. ult. Idem narrant de S. Francisco & Ordine Minorum eodem in Concilio approbato Marianus, Angelus Clarenus, Gonzaga, Chronicus Belgicus, Jordanus de Saxonia, S. Antoninus, Vadingus, aliquis ab hoc produci testes.

7. Nihil hic assero de confirmato Archipresuli Toledo Hispaniarum Primatu, id afferit Garcias Laoisa fide nitens cuiusdam manuscripti, ex Archivis Toletanae Ecclesiæ desumpti: sed illud in propria causa manuscriptum teftimoniū facile potest esse suspectum suppositionis, ideoque rejectum, præterim cum Mariana lib. I. c. 4. negat Concilium istud hac de re quidquam pronunciat, idque dubius probatur litteris Honori II. qui Innocentio successit, una ad Rodericum Toletanum, altera

V. 4. ad